



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

Capvt IX. Indicat Modum examinandi conscientiam ex Decalogo, &
peccata Sacerdoti confitendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

quam omnem iniuriam iis remitto, qui aliqua me affecissent, à quibus rursus postulo veniam, si quâ illos imprudens aut certè volens læsifsem, meq; cuius ex æquo & bono satis daturum, quoad eius fieri poterit, recipio. Quæ ut à me omnia ritè perfici queant, tuam ego, clementissime Pater, opem, per Christi Iesu sanguinem imploro, tibi in vni- tate Spiritus sancti laudem omnem, atque honorem exopto. Amen.

CAPVT IX.

Continens modum exa-
minandi conscientiam, &
peccata Sacerdoti
confitendi.

NE quis cū Sectariis nostri temporis Cō-
fessionem, eò, quòd omnium & singu-
lorū peccatorum enumeratio impossibilis
sit, subterfugere, hacque inani persuasione
seipsum decipere possit: Ecce Dominus no-
ster Iesus Christus, quæ nunquam satis est
prædicanda bonitas ipsius, fidelibus suis, per
Baptismi Sacramentū sibi incorporatis, hoc
nomine etiā (vt de reliquis causis taceamus)
Decalogum tradidit & præscripsit, vt eum
habeant veluti speculum quoddam, quod
O 5 semper

Caput IX. De Examine

femper ob oculos positum inspicientes videre possint, quantum aut in fide suscepta per vitæ nouitatem promouerint, aut à ductibus spiritus alicubi deflexerint; rursus nū Spiritum Domini ab innocentia innouata labendo contristauerint, aut vēstem illam candidam vndequaq; immaculatam serauerint. Porro si post Baptismum conuentis ac pactis minū steterint, tum profectō cernant admodū expressè in hoc Decalogi speculo maculas illas suas, quibus rursus post Baptismum eius quem acceperant tunica candorem, incautè deturpauerint.

Huc itaque, quos conscientia peccatorū torquet. Huc, inquam, si seriō resipiscere, & cum DEO in gratiam redire cupiunt, oculos suos vertant, inque isto Decalogi speculo, mores vitamq; suam hactenus actam, ad singula eius præcepta ritè examinando, seipos diligenter contemplantur: Et spondeo, facillè illis peccata mortalia ab ipsis commissā in memoriam reuocatum iri.

Quòd si tamen, post sedulum & diligens conscientia examen, aliquorum peccatorū planè reminisci non possēt, ab iis ignotis peccatis, hoc est, quæ vel peccata esse nescit, vel eorum recordari non potest, non autem ab his, quæ sciens aliquis proferre nolit, nihilominus absoluet eū Sacerdos. Verum est enim quod ait Propheta: Delicta quis intelligit? Neque rarò fit, vt etiam grauia peccata per

Psal. 18.

ta per ignorantiam committantur. Quin & illud ab eodem Propheta non sine causa dictum est. Ab occultis meis munda me. Vnde ad ea manifestanda, quæ vel peccata esse nescimus, vel memoria nō tenemus, nemo fuit vnq̄ obligatus. Ea autem nō tacere, sed proferre, & Sacerdoti confiteri sub periculo salutis tenemur, quorum diligenter excussa conscientia memoriam habere possumus.

Pœnitens itaq; desiderio consequendi remissionē peccatorum laborans, cū ad Sacerdotem peccata sua (quæ ex huius proposito speculi diligenti inspectione sibi ad memoriā reuocauit) confessurus accesserit, decenter se habere, & iuxta sanctam confitentium consuetudinē genua flectere, & caput aperire, tūm faciem non ad Sacerdotem, sed ad latus vertere debet, vt meminerit, se non coram homine peccatore, sed coram DEO altissimo, vt agnoscendo offensas, humiliter veniā flagitet, constitutum esse. Signo quoq; crucis se muniat, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ac in hunc modū ex intimo cordis affectu, & cum dolore loqui incipiat.

Modus confitendi Sacerdoti.

EGo miserrimus peccator, confiteor DEO Patri omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, B. Michaëli Archangelo, B. Ioanni Baptistæ, Sanctis Apostolis, Petro & Paulo, omnibus Sanctis. Et tibi Pater, quia peccaui

O 6 nimis

Caput IX. De Examine

nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, contra legem Domini DEI mei, quam multis & variis modis, proh dolor, transgressus sum. In specie autem confiteor & doleo, me à tempore proximæ Confessionis peccasse.

**EXAMEN CON-
SCIENTIÆ.**

Secundùm præscriptum Decalogi iam sequitur: Ex quo, quilibet pœnitens, qui aliqua salutis suæ cura tangitur, facilè peccata à se commissa in memoriam reuocare poterit. Quæ etiã Sacerdoti sigillatim exponere & cōfiteri debet ac tenetur, vt eorum remissionem à DEO consequatur. Caueat tamen, ne oïa & singula ea, quæ hîc notata leguntur, sed ea tantùm, quorum, conscientia teste, se reū esse nouit, confiteatur.

CON-

CONTRA PRIMVM

PRÆCEPTVM,

*Dominum DEVM tuum adorabis,
& illi soli seruias, peccat.*

COGITATIONE.

1. Qui tenuit aliquam hæresim, siue sententiam, cum orthodoxa fide pugnantem. Contra fidē in Deū.
2. Qui pertinaciter in fidei rebus dubitauit.
3. Qui credidit consultò, quemcunque infidelem, in Secta, quam profitetur, saluari posse, si moraliter benè uiuat.
4. Qui credidit in sanctissima Trinitate Patrem Filio, & Filium Spiritu sancto esse antiquiorem.
5. Qui credidit, quòd Pater, aut Spiritus sanctus, habent formam hominis, vel aliã corporalem, prout habet Filius, quatenus homo est.
6. Qui credidit, quòd generatio Diuina, aut processio Spiritus sancti ex Filio est ad instar humanae.
7. Qui curiosè scrutatur & disputat de articulis fidei, tanq̃, qui velit solum credere, quod ratione probatur.
8. Qui non sentit de DEO & Diuinis piè, vt debet.
9. Qui desperat de consequenda beatitudine. Contra ne, Spem.

Caput IX. De Examine

ne, vel mediis ad eam, scilicet de venia peccatorum, de emendatione vitæ & virtute cōsequenda, & exercenda in bonis operibus.

10. Qui sine pœnitentia veniam cōsequi præsumit.

11. Qui emendationem differt in senectutem aut mortem.

Cōtra charitatē Dei. 12. Qui odio Deum persecutus fuit.

13. Qui firmius dilexit semetipsum, aut uxorem, filios, Regem, vel aliud, quàm DEVM.

14. Qui timore mundano DEVM offendere, vel non ei seruire statuit.

15. Qui nō recta intentione seruiuit DEO, sed vel propter premiū duntaxat, & principaliter, vt largiretur ei bona spiritualia, vel temporalia; vel propter timorem aut laudem humanam.

16. Qui neglexit DEVM amare, tempore, quo sub pœna mortalis peccati tenebatur ad cogitandum suam salutem spirituale, veluti cū imminabat mortis periculū, vel necessitas se obtulit sumendi, vel administrandi Sacramentum.

17. Qui horrore, aut odio rerum Diuinarū laborat.

18. Qui optauit hanc miserabilem vitam sempiternam esse, vel quia delectatur diuitiis, gaudiis, honoribus, scientia & aliis huiusce vitæ bonis.

19. Qui

Conscientia. 165

19. Qui in natalitiis & festis diebus Diuorum posthabuit amare D E V M super omnia.
20. Qui corde inuocauit Demonē expressè, vt in re aliqua sibi faueret, aut praberet consilium vel adiutorium. Contra uenerationē Dei.
21. Qui credidit effectum, qui prouenit ex operibus maleficiorū vaticinantium, quamuis salutaris sit, procedere ob suorum verborum, vel rerum, quas faciunt, virtutem, si ipsæ res non habeant ad id naturalem virtutem.
22. Qui credidit aliquid euenturum, propterea, quod in somniis illud cognouit, per inuocationem expressam, vel tacitam Dæmonis, velut quod occidi debet aut quod inueniet thesaurum, aut quam in vxorē ducere debeat.
23. Qui firmiter credidit, & certam spem habuit, se nec vulnerari posse in prelio, nec peste aut alia subitanea morte perire, si apud se ferat diplomata, quæ Germani vocant *Wundsegen*.
24. Qui propter garritum auium, mugitū animantium, leporemq; seu foeminā grauidam inuentā, credit deliberatè aliquid sibi finistrum euenturum.
25. Qui firmiter credidit, quod aliquis impellitur ad malè agendū, propterea quod Planeta seu sydus, sub quo ortus fuit, vel physiognomia ad id cogunt ipsum.
26. Qui

Caput IX. De Examine

26. Qui credidit herbas, vel musicam, virtutem in Dæmones habere.
27. Qui credidit, quod maleficæ, seu incantatrices corporaliter eunt, vt arbitrantur, in hunc vel illum locum.

V E R B O.

- Cōtra fidē in Deum.**
1. Qui ob metum, vel aliā quamcunq; causam negavit fidem, verbo aut signo, quāuis non mente.
 2. Qui blasphemavit DEVM; vel Sanctos, aut cum iniuria membra eorum indecenter nominavit.
 3. Qui falsum aliquid inseruit in cultu Ecclesiastico, vel ei adiunxit turpes cantilenas verbo vel organo.
 4. Qui murmurat contra DEVM; quia nō concedit quæ vellet, vt sanitatē, opes, felicem rerum successum &c. quasi non iustē vel quasi crudeliter cum ipso agat.
- Contra venerationē Dei.**
5. Qui verbo inuocavit Dæmonem explicitē, vel implicitē, vt in re aliqua sibi faueret, aut præberet consilium, vel adiutorium, vel habuit pactum & familiaritatē cum eis.
 6. Qui adiuravit Dæmonē ad aliquid sciendum, aut ad recipiendum opem ab ipso in aliquo opere.
 7. Qui maleficio affecit animantia brutaphanis, vel sacris verbis, cum obseruatione alicuius vanitatis.

8. Qui

8. Qui tentauit DEVM Optimum Maximum, dicens aliquid cum intentione expressa, experiendi eius potentiam, scientiã, pietatem &c.

O P E R E.

1. Qui adorauit aliud quàm DEVM, la- Contra ve-
nerationẽ
Dei.
tria.
2. Qui se circumcidi permisit.
3. Qui vsus fuit Mahometica cæremonia, seu Iudaica.
4. Qui expressè Dæmonẽ adorauit, vel Idolum, vel aliam creaturam, tanq̃ DEVM.
5. Qui Dæmonis Spiritum familiarem obtinuit, vt ei prædiceret, vel diceret in remotioribus locis gesta & secreta.
6. Qui ob metum, vel aliam quamcunque causam, in aliquod exterius infidelitatis opus consensit, quamuis in animo suo cõtrarium crederet.
7. Qui in loco, in quo per vestimenta, vel aliquod symbolum, in qua quisq; lege uiuat, dignoscitur, tessaram, vel habitum Turcicum, aut Hebraicum detulit, quod perinde est, ac si ob timorem fateretur, se esse Turcam, vel Hebræum.
8. Qui, cum laicus sit, & sciret prohibitum laicis esse de fide disputare sub excommunicationis pœna, de fide disputauit.
9. Qui supposuit falsas Sanctorũ reliquias, vt homines ipsas adorarent.
10. Qui

Caput IX. De Examine

10. Qui obtulit imagines falsorum miraculorum voto promissas Christi crucifixi, Matrisue eius, vel aliorum Ditorum imaginibus, vt cæteri hisce allecti offerrent, vel alias similes ad offerendum emerent, & hoc modo lucrifaceret.
11. Qui didicit necromantiam, vel aliam magicam artem, aut vsus fuit ipsa, vel deliberatè callere ipsam voluit, vel exercere.
12. Qui habet secum scriptas orationes superstitiosas, quod aduertitur ex characteribus & obseruatione vana numerorum & temporum & huiusmodi.
13. Qui maleficium maleficio, vel incantationem incantatione dissoluit, aut alterum rogauit, vt dissolueret, quamuis ille alias paratus esset absoluere.
14. Qui quæsiuit, vel disquirere voluit ab Hariolis de furto, vel de alia secreta re, aut vt eam sciret, procurauit per alearum iactum, seu sortem, vel per talorum lusum, vel per cribrum, vel per libros, vel per astrolabium &c.
15. Qui consuluit aliquem Ægyptium de fortuna sua deliberatè, cū proposito credendi, quæ ipsi diceret euentura.
16. Qui amatorium poculum, vt amorem extorqueret, porrexit.
17. Qui fecit, vel procurauit incantationem aliquam sacris Ecclesiæ rebus, velut Baptismatis aqua, oleo sancto & similibus, vel
desert

defert aliquam supradictarum rerum in malum finem.

18. Qui morbi alicuius medēdi aliqd fecit, quod ad id virtutē non habeat, prout metiri zonam, scindere vimen & arborem, lotium super certa herba soluere &c.
19. Qui adorauit Diuorum imagines propter illas tantūm, & non propter Sanctos quos ipsæ repræsentant in coelo.
20. Qui gerit secū Breuia; quæ Germanicè *Wundsegen* dicuntur, his quinque carētibus. 1. Quòd sint nomina cognita & intelligibilia. 2. Quòd sint Sancta, prout quæ in Euangelio, vel sacra pagina sunt. 3. Quòd in illis aliud signum vel character nō sit, nisi crucis. 4. Quòd nihil contineant falsum, vel vanum, vel spectans ad Diabolorū inuocationē. 5. Quòd nō reponatur spes in scribendi seu ligandi forma; vel quòd in membranis scribatur, vel cūm eleuatur Sol, vel cūm Euangeliū recitatur, vel quòd tot filis & à virgine ligetur, vel quòd nemo videat; Et similibus quæ ad laudē Dei non ptinent, neq; ad aliū effectum naturalem seu statutū spectant.
21. Qui condit vel gerit carmina in Domini ascensione scripta, credens minoris esse virtutis, si ante Euangelium scripta fuissent, aut post Missam, vel in alio die, in quo non recitantur verba Euangelij, quæ in Scriptura sua habentur.

22. Qui

Capit IX. De Examine

22. Qui aliquas aduehit reliquias cum vana aliqua obseruatione, videlicet, vt vas, in quo deferenda sunt, sit trilaterium, rotundumue, & alia quæ fieri solent, quæ non concernunt DE I cultum.
23. Qui in die Sancti Ioannis herba colligit, credens, quod illo die, & ante ortum Solis collectæ maiorem obtinent virtutē, quàm si alio die, vel in occasu Solis colligerentur: Similiter si eo die animantium venas secare iussit, eò, quod arbitraretur venæ sectionem esse vtilem.
24. Qui didicit, vel discere voluit artē, quæ vocant Notoriam, quæ certis quibusdam ieiuniis, vanisq; aliis superstitionibus infusam promittit sapientiam.
25. Qui voluit mittere sortem, vel misit, vt per illam Diabolus consuleret ipsi quid opus esset facto, vel vt detegeret arcanum aliquod, aut prædiceret rem euenturam. Præterea, si sortilegiis in electione Ecclesiastici alicuius muneris, seu temporalis vsus fuit, non electis prius aliquibus idoneis ad ipsum personis.
26. Qui bibit, aut bibere coëgit aquam feruentem, ferrum accensum, fornacemue intrare ad purgandum se, de quibus inter reos nomen suum receptum fuerat.
27. Qui tentauit DEVM, offerendo se martyrio, & prouocando infideles, eisq; occasionem dando, vt ipsum interficerent,
non

non subsistente causa, quæ ex præcepto, vel consilio eum obligaret.

28. Qui DEVM tentauit miracula expectando, cum non sunt necessaria, neglecto præsidio secundarum causarum, quibus iuari posset, veluti, si verbum DEI populo annuntiaret, non præmeditatis prius, quæ dicturus esset (cum potuisset) cogitans ex tempore sibi DEVM impartiturum doctrinam &c.

29. Qui malè & ingratiè utitur donis DEI, DEVM offendendo.

OMISSIONE.

1. Qui propter somniū omisit efficere aliquid animæ suæ salutis necessarium, aut efficit aliquid illi contrarium.

2. Qui timore oblocutorum omittit debitum DEI cultum.

3. Qui non orat, nec alia facit, ad honorem DEI necessaria.

4. Qui nescit necessaria ad salutem, & profectum, vt Decem præcepta legis, Quinq; præcepta Ecclesiæ, Credo, Pater, Aue &c.

CONTRA SECUNDVM PRÆCEPTVM.

*Non assumes nomen Domini DEI
tui in uanum, peccat.*

CO

Caput IX. De Examine

COGITATIONE.

- De Iuramē** 1. Qui credidit iusiurandum ex se malum, & nullo in casu licitum.
tis. 2. Qui deliberatè iuravit aliquid efficere, absq; animo & voluntate illud implendi.
3. Qui adhibito iureiurando alteri aliquid promittunt, non habentes voluntatem standi promissis.
4. Qui adhibito iureiurando alteri aliquid promittit non habens voluntatem promittendi, aut se obligandi.
- De votis.** 5. Qui vouit Virginitatem, & semel facto voto proposuit non obseruare continentiam.
- De Blasphemia.** 6. Qui attribuit creaturæ, quod soli DEO conuenit, vt qui Diabolo & fortunæ potentatum omnium rerum & Dominium attribuit.
7. Qui DEO membra attribuit, quæ, in quantum est DEVS, non habet, vt qui iurat per ventrem DEI, & similia membra.

V E R B O.

- De Iuramē** 1. Qui iuravit per Diabolum, Mahometæ, Idolum, vel per falsum aliquem DEVM.
tis. 2. Qui iuravit per aliquam creaturam, non habens expressam nec tacitam reuerentiã DEO, adducendo eam in testem infallibilem

- bilem dicti sui, & ex cōsequenti cultum, diuinamque reuerentiam ei exhibens.
3. Qui falsò iuravit, non inspiciens, quod taliter iurabat, sed cum eiusmodi affectu, vt non minùs illud iuraret, quamuis animaduerteret falsum esse, ob inueteratam suam, tertio quoque verbo iurandi consuetudinem, falsum æquè ac verum.
 4. Qui falsò iuravit, sciens vel cogitans eiusmodi esse, & animaduertens quod iurabat, quod sapientes vocant, animaduertente de dicto & de iuramento.
 5. Qui propter ignorantiam, quam dicunt crassam vel supinam, falsum iuravit, credens se verum iurare.
 6. Qui iuravit verum, credens falsum esse quod iuravit, & inspiciens quod iuravit, etiam si ioci causa faceret.
 7. Qui aliquid iuravit, illud re vera ita se habere affirmans, cum nesciret.
 8. Qui iuravit, quod verum erat secundum suam intentionem, nō tamen secundum intentionem illius, cui iurabat, à suo competenti Iudice iurare iustus iuris ordine seruato, aut offerens se spontè ad illud.
 9. Qui iuravit sophisticè & cum fraude se aliquid effecturū, intelligens aliud, quàm intelligebat ille, cui iurabat.
 10. Qui iuravit nō efficere aliquid, ad quod non erat obligatus, sed ex se melius erat illud

Caput IX. De Examine

Iud facere, fortassisq; consilium nobis in Euangelio datum, velut si iurâ flet, non commodare, non mutuare, non præbere Eleemosynam pauperibus, non profiteri monasticam religionem, nolle Episcopatum recipere &c.

11. Qui tempore, quo grassatur pestis, ad portas Ciuitatis fraudulenter verum iuravit, & non iuxta intentionem interrogantium.

12. Qui iuravit facere, vel adimplere aliqd, credens, se non posse, veluti si iuravit solvere intra certum tempus quod debebat, cum tamen probabiliter opinaretur se non posse.

De Votis. 13. Qui vouit aliquid, quod sit peccatum mortale, vt occidere, iracundiam non expellere &c.

14. Qui vouit quod sciebat, & animaduvertebat, se non posse implere.

15. Qui aliquid vouit ob malum finem, veluti ieiunare, largiri Eleemosynam, vt DEVS vindictâ de inimicis suis permitteret, vel oportunitatem ad luxuriandum concederet.

16. Qui pertinaciter defendit votum cum circumstantiis debitis emissum, malū esse, prout nonnulli hæretici arbitrantur.

De blasphemia Deum & Sanctos. 17. Qui in Deum vel Diuos blasphemauit. 18. Qui nominauit iniuriosè DEVM vel Sanctos.

19. Qui

Conscientiæ ex Decalogo. 170

19. Qui maledixit quibusdã irrationabilibus creaturis, quatenus creaturæ DE I sunt.
20. Qui DEO attribuit, quod ei non conuenit, vt qui DEVM dicit iniustum, immisericordem &c.
21. Qui negat aliquid quod DEO conuenit, vt qui DEVM negat curare mortalia &c.
22. Qui de industria, sine causã legitima et necessaria, aut ex peruersã consuetudine, inclinatione, aut leuitate itenditem in ore habet, per DEVM, per Sanctos, per Crucem &c.
23. Qui irreuerenter iurat, nullam Diuino nomini reuerentiam exhibens.

O P E R E.

1. Qui iurauit, non accedere, vel non transire per aliquem locum, ne tentaretur à luxuria, vel ab alio vitio, & permanente eadem causã accessit, vel transiuit. De Iuramē
tis.
2. Qui iurauit in aliquod DE I præceptum peccare, videlicet rem magni valoris furari, non remittere rancorem, alium adiuuare in aliquo peccati mortalis opere.
3. Qui iurauit obseruare bonum vtilitatemq; alicuius oppidi, seu officij quod exercebat, & secus fecit.
4. Qui induxit ad iurandum eum, quẽ credebatur falsum iuraturum.
5. Qui coëgit iurare famulos, seu seruos, seu
P alios,

Caput IX. De Examine Conscientiæ

alios, vt dicerent ipsi furti autorem, ea intentione, vt similiter in cæteris omnibus casibus detegant.

6. Qui iurauit secretam habere rem, quæ in vniuersitate, vel alibi agitata fuit, vel sibi etiam commissa fuit, & patefecit, exceptis casibus, quibus pandere tenebatur.

De Votis. 7. Qui nuncupauit vota indiscreta, aut factua; vt non lauare caput, caput non edere in honorem S. Ioannis Baptistæ, & similia, quæ non tendunt, nec in vtilitatē alicuius, et violauit illa absque dispensatione saltem sui Confessionarij.

8. Qui fecit votum licitum & violauit.

9. Qui retraxit aliquem à proposito, quod habebat, religiosum aliquem ordinē profitendi, cum ad id se offerrent, tempus, oportunitas, & cæteræ quæcunque necessariae circumstantiæ.

10. Qui obtulit filios filiæ sue monasterijs, in quibus turpiter viuunt, nec obseruantur sui ordinis instituta.

11. Qui surreptitiè irrationabiliterq; impetrauit voti dispensationem, aut superior circa illud dispensauit.

De Votis rescissis dispensatis, & commutatis. 12. Qui nõ habens potestatem dispensandi, commutandi, seu redimendi, irritandiq; vota, harum rerum quid præstitit, vel qui, cum non haberet facultatem, nisi ad commutandum, aut redimendum votum, prout non habent multi Confessores ex rescriptis

- rescriptis, seu privilegiis Apostolicis electi dispensavit, & ipsum votum rescindit.
13. Qui ex mendicantium Fratrum ordine transiit ad Canonicos regulares cum dispensatione Pōtificis, sed quia fuit instructus, quod non impetraret dispensationē, nisi dimisso prius habitu, illū dimisit, & in seculari habitu per diē, vel dies aliquot incessit, & deinde id in impetratione tacuit.
41. Qui cū superior esset, & potestatem irritandi, ac rescindendi aliquod votum haberet, consensit voto, posteaque absque causa licita annihilavit illud, ob solā malitiam, vel voluntatem propriam, aut fingendo plurimum præiudicare, cū tamen revera parū præiudicaret.

O M I S S I O N E:

1. Qui iuravit aliquid licitum efficere, nec fecit.
2. Qui ob metum iuravit aliquid licitum, non habens intentionem explendi illud, vel etiam habens intentionem, sed ipsum non implevit.
3. Qui promittit quicquam alteri sub iuramento, animo quidem adimplendi promissum, sed tamen id postea absque causa excusante non adimplevit.
4. Qui iuravit in carcere reverti, nec reversus fuit.

De Iuramentis.

Caput IX. De Examine Conscientie

De Votis.

5. Qui vouit id, ad quod sine voto tenebatur, sub poena peccati mortalis, vt nō fornicari, cōfiteri in Quadragesima, & secus fecit.
6. Qui vouit, quod ex se erat contra Euan-gelij consilium, vel quod malum erat, aut non vsquequaque bonum; sicut suū contrarium aut indifferens, sed vouit illud cum aliqua circumstantia, que illud bonū efficiebat, & non adimpleuit.
7. Qui vouit recitare versum aliquem Psal-terij, aut orationem, quæ Auē Maria in-cipit, & amore D E I aquæ frigidæ vas do-nare, & secus fecit, seu non impleuit.
8. Qui vouit statim aliquid facere, et statim non impleuit, aut si uouit tacitè vel ex-pressè intra certum tempus efficere, nec intra ipsum impleuit.
9. Qui vouit sub conditione quam ipse p-curauit, ne eueniret, & deinde non fecit quod promiserat.
10. Qui promisit intrare religionem, si for-nicationem, adulterium, vel aliud crimen perficeret ad retrahendum se ab illo, aut ad agendum pœnitentiam, aut absolutè se obligauit, si hoc, illudue sibi accideret, & non seruauit postea impleta condi-tione.
11. Qui vouit intrare religionem aliquam cum intentione obligandi se ad obseruan-tiam castitatis, licet nolint in monasteriū illud

- illud vel religionem ipsum recipere, nec ad professionē admittere, & hāc ob causam continenter viuere non vult.
12. Qui vouit profiteri religionem arctiorem, & latiore ingressus fuit.
13. Qui ingressus fuit religionem, in qua non obseruatur regula, & in ea professionem emisit, nec adimpleuit quæ illa sub pœna peccati præcipit.
14. Qui vouit ob timorem mortis, animæ seu corporis naturalis aut casualis, qui cōtrahitur aegritudinibus, nauigatione, partu, prælio, hostibus, & similibus, & postea non adimpleuit etiam expleta cōditione, si sub ea vouit.
15. Qui vouit rem dignam voto promitti, sed talem, quæ ex se excludit aliud maius bonum, prout si vouit perseuerare in aliqua religione, quæ latior fit, quod votum ex se excludit ingressum alterius strictioris, & non fecit quod vouit, nec illud aliud maius bonum, quod ab illo voto excludebatur.
16. Qui vouit in omni vitæ suæ cursu vinū non hibere, aut aliud simile, & postea tamen bibit.
17. Qui vouit in statuto aliquo tempore quid efficere, prout ieiunare in Vigiliis Sanctorum, vel Diuinum officium recitare, nec intra certos illos dies, vel in aliquo ipsorum votum impleuit.

Caput IX. De Examine Conscientie

18. Quē pœnituit aliquid vouisse, nec vult votum implere.

19. Qui vouit abstinentiam, aut aliud simile, & cū dubius ancepsq; esset, possēne votum hoc implere, illud fregit non ob- tenta superioris dispensatione, cuius præsentiā faciliter habere potuit.

20. Qui vouit id, quod p se implere nequirit, nec procurauit per alium impleri, in casibus, in quibus ad id obligatus erat.

21. Qui cū hæres institutus esset, vota re- alia defuncti non expleuit, quæ sunt illa, que rem familiarem ipsius concernunt, prout ædificare Ecclesiam, aliquidue pau- peribus largiri, pariter nanq; tenetur si- milia vota implere.

De votis
Coniugū.

22. Qui consentiente vxore emisit votum continentie, & post huiusmodi emissio- nem exegit debitum.

23. Quando, postq; vxor & maritus simpli- citer vouerunt continentiam, exegit alter debitum ab altero.

24. Quando alter coniugum vouit quid, p quod nō paratur alteri præiudicium, ve- lut ieiunare, aut id facere, ad quod ex le- ge Diuina, seu humana tenetur; vt præ- bere Eleemosynam de eo, quod extra do- tem acquiritur, nec impleuit votum.

25. Qui permittente vxore, vel abnuente, vouit ad ferendam Hierosolymarum ex- pugnacioni opem, nec impleuit votum.

26. Quan-

26. Quando Pater, matēre caussa filij ali- De Votis
quid vouerunt, vt postea filius implet, rescisis
qui legitimam aetate consecutus laudauit dispensatis
voti, cū animo obligandi se, nec impleuit. et commu-
27. Qui, quamuis esset seruus, vouit conti- tatis.
nentiam, & non obseruauit.
28. Qui, quamuis esset clericus beneficia-
tus, promisit ingredi religionem, abstine-
re, Eleemosynā largiri, nec votū impleuit.
29. Qui, cū alterius dispensatione quā
Pontificis, aut ab eo potestate habentis,
omisit implere aliquod ex quinque votis,
Continentiæ nempe perpetuæ, religio-
nis, peregrinationis in Hierusalem, Com-
postellam, vel Romam.

CIRCA TERTIVM

PRÆCEPTVM,

*Memento vt diem Sabbathi sancti-
fices, peccat.*

O P E R E.

1. Qui violauit Festa per opera seruilia, vel prohibita ab Ecclesia, vel id fieri manda- uit.
2. Qui consumpsit Festum in vanis.
3. Qui Sacramenta malè percepit, vel admi- nistravit, scilicet, in peccato mortali, vel in excommunicatione.

P 4

4. Qui

Caput IX. De Examine Conscientie

4. Qui abusus est Sacramentis, vel rebus Sacramentalibus.
5. Excommunicatus, qui se ingessit Diuinis.
6. Qui cum excommunicatis participauit extra casus concessos.
7. Suspensus, aut irregularis, aut interdictus, qui se ingessit prohibitis.
8. Qui violauit Ecclesiam, vel cœmeterium femine, vel sanguine.
9. Qui immunitatem loci Ecclesiastici per sacrilegium, vel violentiam aliquem inde extrahendo, vel prohibita ibi exercendo, & demùm irreuerenter se habendo.
10. Qui fecit iniuriam reliquiis vel imaginibus Sanctotum, vel irreuerenter se habuit ad res sacras.
11. Qui percussit, aut vim intulit, vel vectigalia, & prohibita exegit à personis Ecclesiasticis.
12. Qui peccatum carnis, post votum castitatis, vel ordinem sacrum, commisit.

OMISSIONE.

1. Qui non audiuit Missam in die festo, vel si audiuit diuertendo se voluntariè ad alia quæ aduersantur intentioni, quam in Missa habere tenemur: Nam audire Missam in festiuitatibus cum mediocri attentione est præceptum.
2. Qui venationis causa Missam omisit.
3. Qui omisit orare Deum eo tempore, in quo

quo nulla animæ seu corporis sui, vel proximi spes, nisi à DEO apparebat.

4. Qui omisit offerre (cùm diues esset) festis diebus, in quibus, si est antiqua consuetudo, offerre debet, ne scandalum, aut causam non offerendi cæteris præbeat.
5. Qui non ieiunauit, cùm teneretur, aut cibis vetitis vsus est.
6. Qui decimas debitas non soluit.
7. Qui Sacramentum Confirmationis neglexit pro se, aut pro suis.
8. Qui non est confessus debito tempore et modo, præcipuè, si in iis deficiat, propter quæ est iteranda Confessio.
9. Qui nõ cõmunicauit, aut nõ benè, id est, in peccato mortali, vel non ieiunus.
10. Qui neglexit ire ad prædicationes.
11. Qui non dixit officium ad quod tenebatur, & quando tenebatur, vel vagabatur mente ex proposito illud dicēs, vel sic occupabat, vt non posset attendere, vel non expressit integrè dictiones.

CIRCA QVARTVM
PRÆCEPTVM,

Honora Patrem tuum, et Matrem tuam, vt sis longæuus super terram,
peccat.

Caput IX. De Examine Conscientie
COGITATIONE.

1. Qui odio prosequutus fuit, desiderauitue detrimentum Parentum, Patriæ, Principis sui, Iudicum, Prælatorum Ecclesiasticorum, Curatorum, Tutorumue.
2. Qui hæreditatis causa mortem parentum expetiuit.
3. Qui nimio amore ad parentes afficitur.
4. Qui impatiens est & indignabundus, vel inobediens contra parentes.

- De pecuniis
5. Qui consentit, filiam suam amasios habere.
6. Qui consentit, vt sponsus filiam per verba de futuro desponsatam impudicè tangeret.

VERBO.

1. Qui ex corde maledixit Parentibus; siue viui, siue mortui sint.
2. Qui deliberatè iniuriosis verbis in parentes vsus fuit, aut talibus verbis quibus merito in iram notabilem pertrahuntur.
3. Qui sine causa aliquod reuocauit peregrinationis votum, vel etiam abstinentie, quod filius sine licentia Patris emiserat.

OPERE.

1. Qui noluit illis morem gerere, in iis que spectant ad gubernationem, & administrationem domesticam.

2. Qui

2. Qui noluit obedire in spectantibus ad optimas consuetudines, & ad salutem animæ suæ; videlicet, vt fugeret consortia mala, ludum prohibitum, mulieresq;.
3. Qui vulneravit, vel leuissimè etiam Parentes.
4. Qui Parentes alicuius criminis reos fecit.
5. Qui vsque ad eò contempsit Parentes, vt seipsum sperneret, & vilipenderet, quia filius eorum habebatur.
6. Qui matrimonium contrahere voluit, et noluit accipere in vxorem, vel in maritū, quem pater optabat, et iubebat ad tollendas inimicitias Patri periculosas.
7. Qui contra præceptum parentum ducit vxorem indignam se.
8. Qui ob auaritiam misit filios in hospitale, vel exposuit in portis ciuitatis, vel in aliis publicis locis aut priuatis. De peculi-
aribus pa-
rentū pec-
catis circa
filios.
9. Qui per vim, fraudemue filiū etate graviori abstractit à religione, quā ingressus fuerat. De peccatis
viri in vxore.
De peccatis
Dominorū
in seruos.
10. Qui absque caussa prohibuit in solennibus diebus ad Ecclesiam vxorē ire, aut viri in vxore coëgit eam in aliquod præceptum peccare. De peccatis
viri in vxore.
De peccatis
Dominorū
in seruos.
11. Qui impedit ne serui sui, maximè qui concubinam habebant, vxores ducerent, in seruos.

Caput IX. De Examine Conscientie

O M I S S I O N E.

1. Qui Parentes è carceribus, cùm rectè possit, non liberavit.
2. Qui Parentibus debitam non fuit impartitus diligentiam, cùm furiosi & mente capti erant.
3. Qui in necessitate constitutis Parentibus auxilium non tulit, præcipuè in victu & in medicinis.
4. Qui Parètibus extrema egestate laborantibus non subuenit, imò ingressus fuit religionem, vel si postq̃ professus fuerat, nõ exiuit, cùm egrediendo posset redimere paupertatè, remanendo verò non posset.
5. Qui fuit hæres in aliquibus bonis Patris, quæ malè acquisita fuisse ipse scit, veluti ex vfuris &c. nec restituit.
6. Qui per negligentiam, vel avaritiã distulit solutionem æris alieni defuncti Patris per longũ tempus, vel exequutionè Testamenti, præcipuè in relictis ad pias causas.
7. Qui Parentum consolationem negligit, viuentium & mortuorum suffragia.
8. Qui non explent vltimam eorum, à quibus hæredes relinquuntur, voluntatem in Testamentis expressam.

De pecunia 9. Quando Pater valdè cessauit alere filium
ribus Parè- in necessariis ad vitam Spiritualem, vel
tum pecca- corporalem, si potest.
tis circa fi- 10. Quando mater non lactauit filios & no-
lios, tabi-

tabiliter negligens fuit in electione bonæ nutricis pro filio, aut non curauit scire, si benè filium alebat, aut si noluit vsque ad tantum annum ætatis filij ipsum alere.

11. Qui non retrahit filiam suam à commercijs periculosis castitati.
12. Qui scit filiam suam inhonestè viuere, aut vti fallacibus coloribus & nimio ornatu, & ad malum finem, nec reprehendit ipsam.
13. Qui est notabiliter negligens circa spectantia ad salutem animæ seruorum & factis Dominulorum suorum, veluti ne iurent, & norum in quòd Christianè viuant, Dei que præcepta obseruent, confiteanturque & Eucharistiæ Sacramentum suscipiant semel in anno &c. De peccatis Dominulorum suorum, veluti ne iurent, & norum in quòd Christianè viuant, Dei que præcepta obseruent, confiteanturque & Eucharistiæ Sacramentum suscipiant semel in anno &c.
14. Qui manifesta seruentium crimina, vt ea punire possit, scire non studuit.
15. Qui contempnit superiores suos, aut noluit ipsos reuereri & colere vt debet, etsi mali sunt. De peccatis aduertis
16. Prælati, Principibus, Dominis temporalibus & in dignitate constitutis non in dignitatem præstant obseruantiam & subiectionem te. cõstitutos
17. Qui ex cõtemptu, in rebus maioris momenti non obediunt quibus debent.
18. Qui statutis & legibus quibus subiacebat non obtemperauit, imò rebellis fuit.
19. Qui ingratus fuit contemnendo vel nõ agno-

Caput IX. De Examine Conscientie

agnoscendo, vel obliuiscendo beneficium, vel benefactorem, non habendo animum retribuendi.

20. Qui reddit malum pro bono.

21. Qui non tolerauit infirmitatem proximorum.

22. Qui habens superflua ad decentiam status, non subleuauit pauperum inopiam.

23. Qui constitutus in extrema necessitate non subuenit, si habens superflua ad necessitatem naturæ, licet non ad decentiæ status ei suppetebant.

CIRCA QUINTVM PRÆCEPTVM.

Non occides, peccat.

COGITATIONE.

1. Qui interfuit torneamenti & illicitis duellis, gaudens & deliberatè consentiens quòd fierent.

2. Qui voluntariè sui ipsius mortem, vel membri amputationem, ob iram, impatientiam, dedecus, paupertatem, ob aliã postremo quamcunq̃ aduersam fortunam desiderauit.

3. Qui offerre se voluit martyrio, potius ob desperationem, quàm ob amorem sanctæ Catholicæ fidei.

4. Qui militare in eo bello voluit, quod scie-

- sciēbat iniustum esse, ſaltem ex parte ſui Imperatoris.
5. Qui iniuſtè damnare voluit aliquem ad mortem, vel ad aliud corporis damnum.
 6. Qui ex odio mortē, vulnera, infamiā &c. aliorum deſiderauit.
 7. Qui ira & impatientia mouetur erga alios, optando vindictam.
 8. Qui ex inuidia gaudet de malo alterius, dolet de bono, ægrè fert aliorum laudem.
 9. Qui ex mala voluntate aliorum malum in anima, corpore vel honore deliberatè optauit.
 10. Qui iudicio temerario, facta vel dicta, vel animum alterius damnat.
 11. Qui omnia interpretatur in peiorem partem.
 12. Qui ex ira in ſeipſum propriam mortē ex mala cauſſa deſiderat.

V E R B O.

1. Qui verba proloquitur ad malum proximi tendentia.
2. Qui conſilio vel exhortatione ad malū aliquod inferendum proximis, alios incitat & inflammat.
3. Qui proximo detrahit dicendo vel audiendo libenter falſa omninò, vel ex parte, vel ſine neceſſitate, præcipuè, ſi cum intentione infamiæ inferendæ, vel ſi res grauiffimæ aſſeruntur,
4. Qui

Caput IX. De Examine Conscientie

4. Qui delectatur contumelia, litibus, irri-
sionibus, maledictionibus, vel malis im-
precationibus & susurrationibus, quibus
odium vel inimicitia, huius in illum exci-
tatur, vel alitur.
5. Qui exprobrat alicui suos defectus.
6. Qui minatur alicui.
7. Qui laudat aliquem de opere quod pec-
catum est, vel id approbat.

O P E R E.

1. Qui iniuste occidit, amputauitue mem-
brū, vulnerauit, aut baculo percussit aliū.
2. Qui iuste interfecit alium, cū aliter vi-
tam propriam redimere posset.
3. Qui occidit furem nocturnum vel diur-
num, cū posset illum detinere, seque &
sua absque ipsius morte defendere.
4. Qui occidit aliquem tuendæ castitatis
gratia, si illam seruare fugiendo, illæso
honore, poterat, vel etiam vociferando,
vel alio modo.
5. Qui vulnerauit, vel occidit casu, præter
voluntatem, sed fuit in culpa, quia nō ani-
maduertit, vel quia non fecit, quod ho-
mines mediocriter prudentes in similibus
actibus efficere consueuerunt, ne mors le-
sione hominum sequatur. Veluti si pro-
iecit ex superiori domus parte regulas,
nec prætereūtes præmonuit, nec aliquod
signum posuit in via. Aut si cūm castiga-
ret pue-

ret puerum, non abstulit gladium ex zona, antequàm illum verberare nolebat, & cecidit gladius, puerumque occidit, fauciatue.

6. Qui cùm esset ad mortem iurè damnatus, occidit, vel vulneravit exequutorem iuris, vt se redimeret.
7. Qui ludos vitæ suæ periculosos exercuit, veluti qui super funibus ambulauit, aut lusit eminentibus in locis.
8. Qui ad duellum illicitum deuenit & pugnavit in singularibus torneamentis, in quibus sæpè moriuntur equites, vel ab aliis cæduntur, vel induxit ad id aliquem, vel cùm posset non prohibuit.
9. Qui se obtulit martyrio potiùs ob desperationem, quàm ob amorem sanctæ Catholicæ fidei.
10. Qui vitæ suæ tempus immodicis & stultis ieiuniis abbreviauit, & quamuis ad hunc effectum non ieiunaret, attamen si animaduertebat vitæ suæ dies propterea minui, peccauit.
11. Qui in carcerem aliquem iniuste coniecit, siue ludex fit, siue non.
12. Qui cùm ægrotaret, vel etiam cùm sanus esset, comedit aut bibit, cùm sciret, vel cùm scire deberet, id valde nocere posse.
13. Qui vsque aded prænantem mulierem male affecit, cùm sciret prænantem esse, vt in

Caput IX. De Examine Conscientie.

vt in periculum abortum faciendi adduceretur, siue sit maritus siue alter.

14. Qui tenuit infantem in lecto cum periculo suffocationis.
15. Qui procurauit sterilitatem vel abortum, ante viuificatum foetum, vel post.
16. Qui militauit in eo bello quod sciebat iniustum esse, saltem ex parte sui Imperatoris.
17. Qui puniuit infontem grauius aut leuius quam merebatur, vel malo animo, vel contra legum dispositionem.
18. Qui conciliauit vel fouit inimicitias.
19. Qui simulates & rixas exercuit.
20. Qui seditiones excitauit.
21. Qui exemplo praebet scandalum.
22. Qui comitatur vel iuuat alios in re mala.
23. Qui bonorum mores corrumpit, trahendo ad dissolutionem, vel impediendo eorum bona, reuocando ab his, quae sunt pietatis, per irrisiones.
24. Qui doctrinam peruersam docet.
25. Qui ad quoduis peccatum alios inducit.
26. Qui per crapulam, aut alia illicita, mortem sibi accelerat.
27. Qui percutit seipsum ex ira.
28. Qui facit contra conscientiam, quod putat, vel de quo dubitat, sit peccatum, nec ne.
29. Qui se peccandi periculis exponit.

OMIS.

OMISSIONE.

1. Qui, iniuste damnatus ad mortem, cum posset, non liberavit.
2. Qui potuit impressionem hostium propellere, nec fecit.
3. Qui testimonio suo potuit aliquem ab iniusta morte, damno, poena, aut ignominia liberare, & noluit.
4. Qui iniuriam passus, sciebat consanguineos suos vindictam sumere velle, nec expressè ipsis interdixit.
5. Qui non defendunt famam proximi iniuste diffamati.
6. Qui nolunt reconciliari his, quos offenderunt, veniam petendo.
7. Qui poscentibus veniam condonare recusant & remittere offensionem, imò subtrahunt communia beneficia, cum delinquentes non admonent & corripiunt ut oportet, si eis ex officio incumbit.

CONTRA SEXTVM
PRÆCEPTVM.

Non machaberis, ad quod refertur

*Nonum: Non concupisces uxorem
proximi tui, peccat.*

COGITATIONE.

1. Qui

Caput IX. De Examine Conscientiæ

1. Qui de pollutione, quæ sibi inter dormiendum prouenit, postquam absolutè expersus fuit, deliberatè gauisus fuit, ob delectationem quam ex ea sensit, præsertim qui concepit desiderium, ut iterùm fieret, delectationis capiendæ causa.
2. Qui habuit propositum aut desiderium deliberatum fornicandi extra legitimum matrimonium.
3. Qui deliberatè gauisus fuit ex delectatione quæ sibi eueniebat cogitando copulam quam habiturus erat, si & quando vxor sua foret.
4. Qui deliberatè voluit exosculari, complecti, aut tangere mulierem.
5. Qui dolet impotentem se ad copulam carnalem vetitam fuisse.

V E R B O.

- De concubinariis conjugibus.
1. Qui iactat se de fornicatione.
 2. Qui petit debitum conjugale tempore quo mulier menstrua patitur.
 3. Qui à cogitationibus venereorum & desideriiis morosis progressus est ad verba inhonestè dicta vel audita.

O P E R E.

1. Qui rem veneream exercuit extra legitimum matrimonium.
2. Qui procurauit pollutionem, aut deliberatè oblectationem ex ea cepit.

Qui

3. Qui ad prouocandam pollutionem edit vel bibit aliquid.
4. Qui aspectibus inhonestis, nutibus, munusculis, ornatu ad malum finem placendi ordinato: Item actibus inhonestis, ut osculis, tactibus impudicis periculo pollutionis se exposuit.
5. Qui peccatum carnis cum solutis vel coniugatis, vel consanguineis & affinibus vel virginibus, vel consecratis ordine aut voto, vel contra naturæ ordinem per molli-
tiam in seipso, vel nefanda peccata cum aliis consummavit.
6. Qui deliberatè exosculatus aut complexus fuit, vel tetigit mulierem.
7. Qui accessit in aliquem locum, maximè in Ecclesiam, ad videndas vel concupiscendas inordinatè mortaliterque mulieres.
8. Qui quæsiuit lænas aut maleficas ad explendam libidinem suam.
9. Qui ad fenestram, vel ad alium locum se admouit, ut videretur ab homine, vel à muliere, à quibus intelligit se carnaliter amari, & quòd se viso peccabit amans mortaliter.
10. Qui se ornauit vestibus ea intentione, ut homini feminatè placeret, & ut carnaliter & mortaliter amaretur.
11. Qui procurauit confectiones vel species calidas, aut comedit bibítue ultra necessitatè ad delectandù se magis in venerisusu.
12. Qui

Caput IX. De Examine Conscientiæ

- De concu-
binariis cō
iugibus.
12. Qui secutus fuit praua intentione aliquam mulierem.
 13. Qui simplex continentiaē votum emisit, aut nunquam mulierem carnaliter cognoscendi promisit, & deinde matrimonium contraxit.
 14. Qui in loco sacro mulierem cognoscit.
 15. Qui cognouit propriam consanguineā vxoris suæ, & postea petiit debitum.
 16. Qui clandestinè absq; iusta causa matrimonium contraxit.
 17. Qui priusquā fuerit benè certior factus de prioris vxoris obitu ad secundas nuptias conuolauit.
 18. Qui copulam cum vxore habuit, aliter quàm natura docet.

OMISSIONE.

- De concu-
binariis cō
iugibus.
1. Qui cum posset & deberet impedire ne pollutio fieret, nec impediuit.
 2. Quando alter coniugum, sine causa legitima denegauit debitum loco & tempore oportuno exactum.
 3. Qui vir, sciens vxorem adulteram esse, non dimisit eam, imò petiit aut soluit debitum.
 4. Quando alter coniugum cum alterius licentia vouit castitatem, & exegit debitum.
 5. Qui se non armat cōtra tentationes carnis, nec occasiones remouet eius peccati.

CON.

CONTRA SEPTIMUM
PRÆCEPTUM.

*Nonfurtū facies: cui adiungitur De-
cimū: Non concupisces rem
proximi tui, peccat.*

COGITATIONE.

1. Qui laborat affectu habendi insatiabili.
2. Qui tenetur solitudine inquieta in acquirendis rebus temporalibus.
3. Qui habet cupiditatem bonorum Ecclesiasticorum vel aliorum, etiam per vias non licitas.
4. Qui fraudulenter contrectare vel usurpare voluit rem alienam, contra Domini voluntatem, ad acquirendum dominiū, possessionem seu usum eius.
5. Qui usurpare aliquid voluit vi.
6. Qui mutuauit alteri, cum eiusmodi pacto, ut si non soluerit, constituto die, aliquid nomine pœnæ soluat. De Usuris.
7. Clericus vel religiosus, qui gauisus fuit inspicere lusus fortunæ, quibus interesse ipsis interdictum est.

V E R B O.

1. Qui nomine alterius rem emit, & maiori precio emissē mentitus fuit, quàm re vera emerit, ut penes se maneret.
2. Qui

Cap. IX. De Examine Conscientie

2. Qui dicit mendacia in iudicio & extra, ad damnum proximi pertinentia,

O P E R E.

1. Qui fraudulenter contrectauit vel usurpauit rem alienam cōtra Domini voluntatem, ad acquirendum Dominium, possessionem, seu usum eius.
2. Qui contrectauit rem propriam, in qua alius ius habebat, contra voluntatem ius habentis, veluti rem pignori datam creditori, aut equum quem conduxit, vel commodauit.
3. Qui usurpauit aliquid vi.
4. Qui magni valoris quid recepit, vt faceret id, ad quod ex officio suo tenebatur, veluti vt iustam sententiā proferret cū Iudex esset, aut verum deponeret cū testis esset &c.
5. Prælati vel Dominus, ad quem spectat collatio beneficiorū, vel publicorum officiorum, qui indigno contulit.
6. Qui impedimento fuit alicui, ne consequeretur aliquod bonum officium, seu beneficium.
7. Qui pro se capit aliquid eorum, quæ in mare proiciuntur, nec piratarum infidelium sunt, siue ex nauis ipsa, siue in mare vel litore cæperit.
8. Qui ignem iniecit alicui domui, aut loco seminario.

9. Qui

9. Qui soluit, aut soluere iniuste fecit eum, qui iuste ob debita in carceribus detinebatur.
10. Qui cum esset seruus aufugit, aut fecit quod seruus fugeret a Domino suo.
11. Qui recepit quid gratis ab eo, qui donare non poterat, si ignorantia ipsum non excusat, & tenetur restituere.
12. Qui finxit se sanctum esse, pauperem, infirmum, aut religiosum, cum non esset, ut eiusmodi fictione Eleemosyna sibi fieret ab eo, qui, si verum sciuisset non dedisset.
13. Qui absque necessitate extrema aliquid magni valoris ad edendum seu vestiendum surripuit.
14. Qui mansuetum animal in sua possessione inuentum, quod damnum sibi inferebat, occidit vel vulnerauit.
15. Qui, cum custos esset, ne ab intrantibus prohibita loca videretur, sese occultauit, ut ipsos iam ingressos aut pignoreret, aut poena aliqua castigaret.
16. Qui in suo columbario sparsit certa quaedam semina, aut artificio vsus fuit, ut columbas aliorum ad suum columbarium adduceret.
17. Qui surripuit vel detinuit animantia mansueta alterius, quamuis iam fugitiua & remota a Domino inuenisset, ut lucrifaceret lanam, plumas, ouae illorum, seu ut in perpetuum illis vteretur.
18. Qui

Caput IX. De Examine Conscientie

- De Parentibus usurpantibus bona filiorum suorum.** 18. Qui notabile quid filio suo, adhuc sub patria potestate existenti ex Castrensi peculio, vel quasi surripuit.
19. Qui vi, saltem reuerentiali doloue induxit filiam, vt renuntiaret legitima, & iuraret contentam fore dote sua, quæ legitima debita minor erat, & quod non habebit recursum ad Patris bona.
- De marito qui usurpat bona mulieris.** 20. Maritus, qui pro se vel alio aliquid magni valoris ex vxoris bonis, quæ extra dotem habet, usurpauit, quæ paraphernalia in iure vocantur.
- De filiis qui ex Parentum bonis accipiunt.** 21. Qui notabile quid, contra expressam vel tacitam Patris voluntatem ex bonis eius pro se cepit.
22. Qui falsauit monetam in sua substantia, pondere, forma, aut vsus fuit ipsa, sciens falsam esse.
- De falsariis.** 23. Qui ferro rasit, vel fortibus aquis pro-cudit aliquam monetam.
24. Qui scripturam in alterius præiudiciū falsauit, aut ipsa vsus fuit, sciens falsam esse, aut malitiosè eam occultauit.
25. Qui dedit pecuniā, aut deprecatus fuit Notarium, vt testamentum, vel quamuis aliam falsam scripturam conficeret.
26. Qui falsauit pondera vel mensuras, aut illis vsus fuit, sciens falsas esse, cum restituendi onere.
27. Qui falsauit signum aut sigillum alicuius, obligatusque est restituere damnum quod propterea emanauit,
28. Qui

- 28. Qui rem alienam magni valoris inuenit, quæ à Domino pro derelicta non habebatur, & pro se retinuit. De rebus inuentis.
- 29. Qui arte magica thesaurum, alijsue illicitis modis quæsiuit.
- 30. Qui ligna, à fluminis impetu delata, inuenit, & pro se retinuit, cum eius sint qualitatis, vt à iure non præsumatur, illa pro derelictis haberi.
- 31. Qui deposito, absque deponentis voluntate vsus fuit. De depositis.
- 32. Qui, quod ad certum usum commodauit, reuocauit ante tempus expressum, contra voluntatem commodatarij & in damnum istius. De commodato.
- 33. Qui commodato vsus fuit ad aliud, quam ad id, ad quod mutuatum fuit, cum obligatione restituendi damnum.
- 34. Qui commodauit commodatam rem contra Domini voluntatem, & in eius infigne detrimentum.
- 35. Qui locauit domum vel aliud, ei, quem præsumebat domo vti velle ad peccandum. De Locatore & conductore.
- 36. Qui accipit aliqua tributa manifestè illicita, aut sciens eiusmodi esse. De Pignoribus.
- 37. Qui vsus fuit pignore sibi pro debito tradito cum infigne Domini damno, & sine Domini expressa vel tacita voluntate.
- 38. Qui oppignorauit vasa sacra, libros, vestes, & ornamenta Ecclesiastica.
- 39. Qui mutuauit pecuniam, triticum, vinum, De Vfuris.

Q 2

num,

Cap. IX. De Examine Conscientie

num, oleum, aut alia quæ numero, pondere, aut mensura dantur, taliter vt dominium illorum transfiret in recipientem principaliter ob lucrum quod sperabat, siue paruum siue magnum esset, cum obligatione restituendi receptum.

40. Qui mutuauit super pignore cum pacto, vt donec debitor soluat, possit vt ipso, veluti si esset animal vel vestis &c. Aut cum pacto quod recipiat fructus pignoris, si pignus ager, vinea, domus, hortusue sit.

41. Qui mutuauit alteri pecuniã super aliquo pignore, cum conditione; vt nisi intra diem constitutum redimeret, tanq̃ si vendita esset penes se remaneat: Et quod omnes fructus, aut ipsorum pars, qui vsque ad diem constitutum legentur, spectent ad creditorem.

42. Qui mutuauit triticum, aut aliud ex his, quæ pondere, numero, aut mensura dantur, cum conditione, vt alia res eiusdem generis, intra certum tempus, quo tempore verisimiliter creditur quod amplius valebit, & rem illam vsque ad illud tempus non habebat ~~separatim~~.

43. Qui mutuauit aliquid ex predictis rebus cū pacto, vt in suo molendino frumenta eius terantur, vel quod mutuũ recipiens teneatur emere in sua taberna, vel venire ad scholã suã, vel laborare in fundo suo &c.

44. Qui

44. Qui commodauit cum pacto, vt si intra certum tempus moriatur, qui recipit mutuo, liber maneat, & si viuat duplum restituat.
45. Qui mutuauit alicui Principi, vt ab ipso consequeretur aliquod officium ad lucrandum.
46. Qui mutuauit alicui cum conditione vt eum iuuat, vel vt pro eo oret, vel vt doceat, scribat, aut vt aliud simile faciat, quod pecuniæ æstimationem recipit.
47. Qui mutuauit triticum, cum pacto, vt loco istius tritici veteris tantundem ex nouo redderetur, sciens nouū melius futurum, & quòd cariùs pendetur quàm suum, tempore quo mutuauit, vel etiam solutionis tempore; cum obligatione restituendi.
48. Qui mutuauit argenteam monetam, cum pacto vt solutio fieret in auro.
49. Qui messiū vindemiæuē tempore emit panem aut vinum cum pacto vt venditor alio tempore tradat illud sibi, in quo probabiliter præsumitur, quòd valebit plus.
50. Qui emit triticum, vinum, oleum, alicuius fundi, vineæ, oliuetiue, priusq̄ ad maturitatem peruenit minori precio eo, quod verisimiliter sperabatur valiturum fore, collectionis frugum tempore, ob solutionem precij anticipatam.
51. Qui emit aliquid vilius, eo quia anticipauit

Caput IX. De Examine Conscientiæ

pauit solutionem, aut chariùs vendidit quàm valebat, quia dilationem solutionis concessit.

52. Qui pecuniam mutuauit numeratam cum pacto, vt tantundem mutuo etiam capiat in mercibus ab ipso mutuante, vel à suis debitoribus, à quibus is non capisset, nisi ob cupiditatem pecuniæ numeratæ quam sibi dat.

53. Qui emit gregem vel possessionem ab eo, qui non habebat, sciens illum non habere, sed finxit se habere, & statim locauit illam pro aliqua pensione, cum obligatione restituendi pensionem, quam percipit ex re quæ non est.

54. Qui possessionem quæ mille valet, pro quingentis vel sexcentis, aut paulò plurius emit, & locat eam venditori ad aliquos annos, aut dat ipsam in Emphyteosin.

55. Qui indigenti nummis vendidit aliquid, cum pacto aut principali proposito, vt statim reuendat illud sibi minori precio eo, quod iustum est.

56. Qui detulit merces suas in locum, in quo sperabat lucrari, & quia aliæ superuenerunt, adedò abiectò precio eius generis merces védebantur, vt si tunc vendidisset illas, nullum lucrum, sed potius iacturam fecisset, & ideo ipas alicuius fidei creditit pro maiori precio, eo, quòd iustum rigorosum illius loci erat.

57. Qui

57. Qui, ne paulatim expendendo pecunia sua cōsumeretur, ipsam alicui mercatori vel officiali tradidit, ea intētionē & principali proposito vt reciperet partem lucri, aut quotannis certam partem, salua sibi remanente quantitate, quam dedit.

58. Qui cūm esset exactor, numerator, thesaurarius, aut obligatus ad soluendum salaria, stipendia etc. recipit quid ab eis, quibus soluere habebat, vt ante tempus eis solueret.

59. Qui emit cum pacto retrouendendi, nō habens præcipuam intentionem emendi, sed mutuandi & lucrandi fructus.

De emptio
ne cum pa-
cto retro-
uendendi.

60. Qui deliberatē dedit pecuniam ad mercandū in societate, cum pacto quod nihil amitteret ex sua sorte principali, & quod haberet partem lucri, aut quod nulla sortis principalis iactura ad se spectet, sed iactura totius operæ & industriæ spectaret ad socium contrahentem.

De præbē-
tibus pect-
niā ad lu-
crum, seu
vt dicitur
societatē.

61. Qui verē quo ad DEVM dedit pecuniā ad societatem, ea intentione, vt iactura, quæ sequatur ad se spectet, sed ad sui securitatē voluit, vt mercator in instrumento publico fateretur, se recipisse pecuniā in depositum vel mutuum, quia mentitus fuit in damnum notabile & probabile famæ suæ, & rei familiaris proximi.

62. Qui efficit, vt qui gratis mutuare voluit, non mutuet nisi ad vsuram, aut

Q. 4 fecit,

Caput IX. De Examine Conscientie

fecit, vt qui licitum contractum efficere volebant, fœneratitium faciant.

63. Qui emit pignus, quod ob prætermisam solutionem vsurarum perditum erat.

64. Qui recepit à fœneratore eandem illam rem in specie, quæ ipsi data fuit propter vsuras, obligatus est restituere Domino proprio illam, quocumque modo eam recipiat.

65. Qui accipit gratis aliquid notabile ex vsurarij bonis, quod non erat idemmet, quod ob vsuras datum fuit, sed sciebat bona vsurarij non sufficere ad restitutionem vsurarum perceptarum, aut probabiliter dubitabat.

66. Qui fuit institor, tutor aut curator habens omnem potestatem principalium suorum, ad mercandum, æstimandū & exigendum vsuras, & aliquid ex his fecit.

67. Qui fuit proxeneta vsuræ, pro parte præsertim vsurarij, vt illi lucrum, sibi verò vtilitatem afferret, prout sunt communiter licitatores.

De genere vsurarij. 68. Qui recipit dotem à socero vsurario, cuius bona non sufficiebant ad solutionem vsurarum debitarum, sciendo id, vel crasse ignorando.

De Iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus, Notariis, 69. Qui cum Iudex esset adiudicauit vsuras fœneratori, aut non iussit eas restituere: Vel cum Aduocatus seu Procurator esset, allegauit seu procurauit pro fœneratore ad exi-

ad exigendas vsuras in iudicio vel extra, Testibus, &
aut fecit ne restituerentur. iudicat &

70. Qui cum Notarius publicus esset, con- petunt vsu
fecit scripturam, tegendo seu velando per ras & in-
illam vsuras. Et nominando foeneratiuū strumenta
contractum sub nomine alterius liciti cō- cōficiunt,
tractus, prout cum sciret pignus esse, di- aut testi-
xit venditionem esse, vel cum sciret cen- moniū fe-
tum esse, scripsit nonaginta esse, vel ex runt super
diuerso, ita vt iustificauerit contractum vsuris.
iniustum.

71. Qui fuit testis praedictorum vsurario-
rum contractuum.

72. Qui cum esset Notarius vel testis, du-
bitauit de aliquo contractu, an licitus vel
illicitus, ob Doctorum diuersas sentētias,
esset, & habens adhuc dubitationem cō-
fecit dictum contractum, vel testis fuit in
ipso, in fauorem vsurarum.

73. Clericus vel Monachus, existens, qui lu-
sit aliquid notabile ad ludum prohibitū
alearum, chartarum, alueolorum & alio-
rum fortunæ, foelicitatiq̄ue, magis quàm
industriæ obnoxiorum, tantum aut plus
ob auaritiam & lucrum, quàm ob recrea-
tionem, & ad transigendū vitam, quam-
uis lusisset cum eo, qui sine ludo donare
potuisset, quod lucratus est.

74. Qui ludos mortales ludentibus præ-
buit domum, mensam, candelam, vel alia
instrumenta, sine quibus non luderent.

Q 5

75. Qui

Caput IX. De Examine Conscientie

75. Qui ludit principaliter ad lucrandum aliquid notabile cum eo, qui alienare non potuit, aut cum fraude fingendo nescire se ludere, aut aleam seu chartas falsas imponendo, aut ludi leges non seruando.
76. Qui coëgit, aut magna importunitate seu molestia induxit alium ad ludendum, vel prosequendum ludum iam captum, contra ipsius liberam voluntatem, & volenti iam ludo finem imponere, restituere recusat, quod lucratus fuit.
77. Qui cum presens fuisset, vel dedisset instrumenta ludentibus, recepit partem lucri quod ludentes dare solent, nec restituere vult.

OMISSIONE.

1. Qui magni valoris quid recepit, vt omittet id, ad quod ex officio suo tenebatur, veluti vt iustam sententiã proferret, cum Iudex esset, aut verum deponeret, cum testis esset &c.
2. Qui noluit famulis soluere, quod ex expressa vel tacita conuentione debet.
3. Qui non persoluit legata, aut ad pias causas relicta, quando & prout æquum erat.
4. Qui fuit custos loci venationis, vel piscine, vel arborum, vel pascui porcorum, ab his, qui iuste vetant & possident constitutus, iurauitque & promisit fideliter seruare,

seruare, denuntiare & detinere venientes ad venandum, piscandum, arbores incidendum, pascendumue pecora in prædictis locis, nec fideliter se gessit.

5. Qui prohibuit subditis, ne arcerent extra possessiones, vel occiderent animalia syluestria, quando damnum inferunt possessionibus, nec postea restituit integrè, si insignem cladem dederunt.
6. Qui cum ad aucupandum iuit, canes sui, domesticis auibus, prout sunt gallinæ, anseres, anates, vel equi seu iumenta sua, vel gens sua, possessionibus per quas transibant, nocuerunt, nec restituere voluit.
7. Qui, viuente Patre, fructus ex aliquibus Patris bonis capit, & illo mortuo, diuidere cum cæteris fratribus non voluit. De filiis, qui ex Parentum bonis accipiunt.
8. Qui recepit à Patre suo aliquam numerorum quantitatem, vt peculium profectitium haberet, & deinde vita functo Patre, noluit diuidere cum fratribus, nec in legitimæ suæ portionem imputare, teneturque restituere.
9. Qui viuente Patre, donatum aut relictum sibi aliquid habuit ab extraneo, patris contemplatione duntaxat, & non ipsius filij contemplatione, deindeque mortuo Patre, non vult fratres suos facere participes.
10. Qui pecuniis Patris aliquid est lucratus, &

Q. 6. tus, &

Caput IX. De Examine Conscientie

- tus, & illo mortuo noluit id cum fratribus diuidere, teneturque restituere.
11. Qui noluit pro rato soluere debita fratris in scholis viuentis Patre, honestè contracta, si viuentis Patre ad studendum missus fuit.
 12. Qui pecuniis Patris mercatus fuit, noluitque cū fratribus diuidere, quod ratione mercaturæ datum sibi fuit, prout cætera lucra, cum restituendi obligatione.
 13. Qui defuncto Patre, noluit in suam legitimam computare bona Patris, quæ in ludis cōsumpsit, vel etiā in turpibus rebus, prout sæpè contingit Scholaribus, quibus Parentes pro libris pecuniā dant, quā ipsi ludendo & impudicitia vacando dilapidant.
 14. Qui commisit delictum, ob quod Pater ex statuto loci coactus fuit soluere poenā, quia cauetur, vt Pater soluat ex legitima filij, & defuncto Patre, noluit in legitimā suam imputari, cum restituendi onere.
 15. Qui noluit in legitimam suā computari, quod Pater in matrimonio repetendi animo erogauit, teneturque restituere.
 16. Qui vestes pretiosas, & alia ornamenta, puta gemmas, margaritas, annulos, quos socer vxori suæ dedit & adhuc cōsumpti non erant, defuncto socero in legitimam vxoris suæ noluit computare; cum onere restituendi, nisi socer in testamento mentem suam declarauerit de donatione.

17. Qui

17. Qui fortè fortuna thesaurum inuenit De rebus
absconditum in alterius loco, nec mediã inuentis.
partem Domino dedit.
18. Qui noluit depositum deponenti red- De depofi-
dere, cum petit absque suo, & alterius de- tis.
trimento.
19. Qui remisit per nuncium, qui fidelis nõ De cõmo-
habebatur, quod ipsi commodatum erat, dato,
aut apud se depositum seruabat, & mali-
tia aut culpa ipsius amissum fuit, nec re-
stituere vult.
20. Qui aliquid conduxit, & culpa sua pas-
sus est bonorum suorum iacturam, ita, vt
aut non possit locatori, aut non velit pro
vsu rei precium soluere.
21. Qui locauit dolia, vel alia vasa vitiosa, De Loca-
seu mala, sciens huiusmodi esse, nec præ- tore et Cõ-
monuit conductorem. ductore.
22. Qui non soluit pensionem rei condu-
ctæ Domino ipsius, etsi nullum commo-
dum ex illa ceperit, siue quia noluit, siue
quia non potuit soluere, impeditus casu
fortuito causato ab ipso.
23. Qui malitiosè notabiliter nocuit rei cõ-
ductæ, nec compensare vult damnum da-
tum.
24. Qui conduxit aliquem fundũ pro me-
dietate, vel pro certa parte, nulla arborum
mentionem habita, & percepit omnes fru-
ctus, vel partem illorum, aut incidit ar-
bores, aut alij inciderunt ob odiũ quod in
hunc

Caput IX. De Examine Conscientie

- hunc habebant, causatum ex malitia, & culpa istius, nec restituere vult.
- De iuribus Regalibus.** 25. Qui non soluit iura Regalia iustè auctoritate Papæ vel Regis, vel consuetudine laudabili inducta.
- De pignoribus.** 26. Qui voluntate sua, aut lata aut leui culpa permisit perire, vel insigniter lædi pignus ipsum, nec damnum restituere vult.
27. Qui ad vsuram recepit, & iurat vsuram sceneratori soluere, & non remisso iuramento per sceneratorem, vel Iudicem omisit soluere vsuram.
28. Qui cum alio lusit sine pecunia, sed promittens iuramento soluturum se omne quod amitteret, & deinde noluit soluere.
29. Qui sæpè lusit, & quandoque perdidit, aliquando verò lucratus fuit, & lucrum cum iactura compensare voluit ad non restituendum in casibus, in quibus obligatus fuit.

**CONTRA OCTAVVM
PRÆCEPTVM,**

*Non loqueris contra proximum tuum
falsum testimonium,
peccat.*

COGL-

COGITATIONE.

- 1. Qui factis voluit aliquid falsum, tanquã De mendaverum significare, in damnũ insigne alio operũ cuius. per simulationẽ &
- 2. Qui voluit videri, aut fecit aliquid quod videretur bonus, volendo malum esse, quod est perfecta hypocrisis. hypocri- sim.
- 3. Qui leuibus, & non sufficientibus indi- De mēdaci- tuis credidit proximum peccare mortali- aut teme- ter, aut in peccato mortali existere. rario iudi- cio pximi.
- 4. Qui voluit notabiliter nocere fame pro- De detra- ximi, cum intentione detrahendi. ctatione.

VERBO.

- 1. Qui dixit, quod sciebat, aut credebat fal- De menda- sum esse, cum damno, aut scandalo insig- cio. ni boni spiritualis, corporalis, aut hono- ris, aut rei familiaris alterius.
- 2. Qui mentitus fuit in iudicio exteriori, vel interiori conscientia, & Confessionis De mēdaci- Sacramentalis. aut teme- rario iudi- cio, quod aliquando
- 3. Qui mentitus fuit in concernentibus fidẽ orthodoxam, sacram Paginam, vitia, aut virtutes. est causa
- 4. Qui leuibus, & nõ sufficientibus indiciis in iudicio, vel extra, firmiter iudicauit mendacij, aliquando proximum peccare mortaliter, aut in pecca- aliquando to mortali existere. verò effect⁹ eius.
- 5. Qui protulit verbis, aut signis significa- De pecca- uit alicui presentem, aliquem culpæ dese- ctum, tis verborũ

Caput IX. De Examine Conscientiæ

nutuumq̄,
quæ iniu-
riis, contu-
meliis, aut
exprobra-
tionib⁹ of-
ficiunt ho-
nori.

ctum, appellando ipsum vilem, aut ebrū,
aut alia iniuriosa, quæ contumelia dici-
tur, vel obiecit illi aliquē naturæ, aut pœ-
næ defectum, nominando eum cæcum,
mancum, virgis cæsum, quod conuicium
dicitur; aut exprobrauit beneficiū, quod
ei in necessitate cōstituto præstitit, quod
improperium dicitur, protulitq̄; ista ani-
mo nocendi notabiliter honori; aut no-
cuit sine animo nocendi, cū tamen ad-
uerteret, aut aduertere debuisset se no-
cere posse.

6. Qui seminauit discordiam inter amicos,
vel consanguineos, animo inferendi inter
ipsoꝝ discordiam notabilem, aut sine in-
tentione; cū tamen intelligeret, aut in-
telligere debuisset, se discordiæ esse auto-
rem.

7. Qui irrisit aliquem verbis, gestu; aut fa-
ctis ludibrio illum habēdo ob defectum,
vel calamitatem suam, ea intentione, vt
contemneretur, aut multò minoris præ-
cij, quàm antè haberetur, aut sine ea in-
tentione parui fecit, aut parui pendii ab
aliis effecit, cū probabili coniectura, quod
ex irrisione sua sequi poterat tam ingens
contemptus.

De detre-
statione. 8. Qui notabiliter famæ proximi nocuit,
aut probabiliter fama periclitatus fuit cō-
tra ius, idq̄; si animaduertat, vel animad-
uertere debebat, quod ex verbis suis nota-
biliter læderetur.

9. Qui

9. Qui alicui imposuit falsum aliquod mortale delictum, aut verum delictum, sed secretum reuelauit ignorantibus illud, & de quo fama non erat, quamuis sine intentione lædendi famam faceret.
10. Qui, cum videret ius aliquem exequi, scilicet pauperibus fauere, castè viuere, & alia similia efficere, dixit illum ob hypocrisin, vanam gloriã, vel aliũ reprobrum finem ita facere, non solum peccata temerariè iudicando, sed etiam detrahendo, et mortiferam habuit intentionem lædendi notabiliter famam.
11. Qui, cū Iudex esset, quæsiuit à reo, postquam iam delictum suum confessus fuerat, quis ei sceleris socius aut adiutor fuerit, si adhuc occultum erat.
12. Qui, cum esset Prouisor, Vicarius, aut Iudex, iussit generaliter subditis suis, vt intra aliquot dies teneantur prodere illũ, qui furtum, aut aliud delictum commisit.
13. Qui, cum notabili damno animæ, vitæ De reuelatione secretae salutis suæ, aut alienæ, aut cum notabili honoris, famæ, seu bonorum alienorum damno seipsum, falsa delicta imponendo, aut vera detegendo diffamauit.
14. Qui, cum sit Episcopus, aut Prælatus, aut publicus homo, ad prouidendum salutis aliorum constitutus, diffamauit se, aut ipsum

Caput IX. De Examine Conscientie

ipsum diffamantibus non restitit, aut modestè non petiit famæ restitutionem.

15. Qui interrogatus Iuridicè in visitationibus, de publicis peccatis, & siue generaliter, non exprimendo publica, aut occulta, siue particulariter de occultis, reuelauit occulta, siue secretò illa dicta fuissent ei, siue secretò illa vidisset, si non erant comparata ad nocendum aliis, aut detulit eos, quos reos esse probare non poterat.

16. Qui publicauit quod sibi arcanè dictum fuit, quod intelligebat, aut intelligere debebat tale esse, vt si publicetur, cessurum sit in damnum notabile alterius, vel semen insignis discordiæ.

O P E R E.

De detractione.

1. Qui edidit libellum diffamatorium, scribendo peccata aliena falsa seu vera, occulta, quocunque stilo composuit ipsum, & in publicum locum proiecit, vt legeretur, aut inuenit huiusmodi scripturam, nec lacerauit, imò diuulgauit.

2. Qui, cum esset Prælati, Iudex, aut Visitator, aut quiuis alius priuatus, scire vult contra ius, peccata occulta alicuius, aut quis sit, qui publicum delictum designauit, idque quæsiuit; quia voluit nocere, aut nocuit, seu periclitari fecit famam proximi;

proximi; aut si incarceratum coëgit iurare, statim, vt veritatem dicat super his, de quibus interrogabitur, & interrogat eum priuatim de omni facto, & qualibet eius parte, propter quod in carceribus detinetur.

OMISSIONE.

1. Qui quid serium, licitū & possibile promisit animo non implendi illud, sed decipiendi animo, aut etiam intentione implendi, & non impleuit. De mendacio pactorū & promissionum.
2. Qui interrogatus de vitæ alicuius honestate, ad dandum illi officium seu beneficium, tacuit ex industria multa bona, quæ sciebat, ne conferretur illi. De detractione.

C A P V T X.

Continens Examen
Cōscientiæ, ex Septem
peccatis mortali-
libus.

COGI-